

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## De opere tercie diei.

**T**ercio die deus aquas sub firmamento in locum vnum cōgregauit ⁊ apparet arida: vocauitq; aridam terram. Congregatōnes vero aquarum maria appellauit. Videns q; bonum esset: ait germi-  
net terra herbam virentem: ⁊ semen facientem: ⁊ lignum pomiferum facientem fructum iuxta gen-  
suum. Post firmamentum de elementorum integritate: ⁊ positura: ⁊ ordine: nos breuiter admonet per col-  
lectionem aquarum ad locum vnum: ⁊ prescriptas mari leges ne terram obruat. Si igitur que inuisibilis  
olim fuerat terra: futurum est vt sub conspectum veniat: necesse est aquas que sub celo sunt id est sub mediā  
aeris regione congregari ad locum vnum id est ad cōmunem mixtionis colluuiem confluentes: certis legi-  
bus tamen: quasi littozibus prescriptam in vnum locum: tanq; in matricem coalescere. Neq; enim illud ita  
est verum: vt nusquā distinctis disclusisq; in locis aque inueniantur. Cum indicum mare ab hircano: hir-  
canum ab adriatico: adriacum ab Euxino. Innumera preterea fluuiozum: fontium lacuumq; fluēta lon-  
gissima locozum inuicem intercapedine dispescantur. Sed ideo ad locum vnum congregate aque dicuntur.  
Quia particulares he atq; diuise aquarum collectiones vel marine vel fluuiatiles: omnes vt inquit Salo-  
mon ad primarium mare tendentes: in vnum oceani locum vniuntur ⁊ coeunt. Terra autem cum maris vir-  
dis obruitur: nec utilis nobis: nec visibilis item est: sed tunc ⁊ animalium ⁊ nostris vsibus idonea: cui ab  
eo secedens mari magis magisq; sub aspectum venit: tūc fertilis: tunc secunda. Quod hic a Moyses apertissi-  
me demonstratur. Cum eam simul atq; apparet: ⁊ herbarum ⁊ fruticum et arborum parentem facit. Recte  
post illam aquarum congregationem terram inducit statim viridem ⁊ florescentem. In medio autem mun-  
di tanq; centrum posuit: venis metallorum videlicet auro: argēto: ere: cupro: stanno: plumbo: ferro (quod  
omnia comat) dotauit: cunctis quoq; herbarum generibus summa oblectatione in viridi maturitate illico  
vestiuit. Herbeq; semina: arbores fructus suauissimos produxerunt. Ferūt quoq; eodem die paradysus ab  
eo factum id est ortum fecundissimum ⁊ amenissimū: omni genere ligni arborumq;. Quem omni amenita-  
te fontium: ⁊ terre virentium: lignozumq; fructum vberimū producentium conseruit.

